

ANHANG

Auszüge aus Michael Scotus, Liber introductorius

I. Liber quatuor distinctionum

München, Bayerische Staatsbibliothek, clm 10268, Mitte 14. Jh. (M);
 Edinburgh, University Library, Ms. 132 (Laing 168), 15. Jh. (E)¹;
 Abschriften von M: Oxford, Bodleian Library, Ms. Bodley 266 (um
 1450); München, Bayerische Staatsbibliothek, clm 10663 (Anfang
 18. Jh.)

Expositio presentis^a rote^{a2}

M: fol. 45^{ra-b}; E: fol. 36^{vb}

Tota terra, que dicitur orbis mundi, quinque zonis et quinque lineis equaliter designatur^b et^b distinguitur proprie et accidentaliter. In cuius notitia dicimus, quod omnis zona in suo situ extenditur undique sui, id est circa terram tam de subtus quam desuper, et est eiusdem conditionis, qualis quelibet iudicatur, per omnem partem sui, id est: zona frigida est tota frigida etc. Verum est, quod aliquantulum est in contrarium secundum quod^c magis et minus propinquans et longinquans alteri, ubi gradus, quanto plus zona temperata vicinat, in^d regionibus zone torride^e est calidior et frigide frigidior^f et sic de ceteris. Et secundum situs^g regionis^g dies sunt eis longiores et breviores, ut probatur in tractatu sphere et in Alfragano^h. Temperata quidem zona versus polum articum habitatur undique sui, scilicet tam de subtus quam desuper, et potest penitus habitari, nisi sit per accidens ut impedimento montium, lecti maris et fluviorum. Unde scimus, quod quidam suntⁱ incole tam de subtus quam desuper et tenent suos pedes contra^k nostros ut Indi, Egyptii^l etc. Zonarum vero due ultime sunt multum minores reliquis,

a-a) rotule sequentis E. b-b) fehlt M. c) fehlt E. d) et M. e) toride M. f) frigorum M. g-g) sitas regiones M. h) Alfragano M. i) fehlt E. k) circa M. l) Egyptii E.

1) Die Kenntnis dieser Handschrift verdanke ich Frau Silke Ackermann (London)

2) Siehe Abb. 1.

3) al-Fargānī (Alfraganus), Astronom und Ingenieur aus Fargāna in Transoxanien (gest. nach 861); verfaßte eine Zusammenfassung des ptolemäischen Almagest, die von Johannes von Sevilla und Gerhard von Cremona ins Lateinische übersetzt wurde (Lexikon des Mittelalters 4 Sp. 298).